



**Questiones spiritualis [con]iuiuij delicias preferentes,
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

Johannes <de Turrecremata>

Lyon, 18. Jan. 1509

D[omi]nica tertia post oct[auas] pasche.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70506)

malū falsam opinionēz habere. nam falsum est malū intellectū. sicut verū est bonū ipsū. vt dicitur. v. Et b. Non igit iam erit beatū. si aliqd malū ei inest. Scdo idem apparet si p̄sideret ratio beatitudinis in speciali. perfecta autē beatitudo hoīs p̄sistit in visione diuine essentie. Est autē impossibile q̄ vidēs diuinā essentiā vel let eā nō videre. qz omne bonū habitū. quo q̄s carere vult. aut est insufficiens et querit aliud sufficientius loco ei. aut habet aliqd incōmodū annexū p̄t qd in fastidiū venit. visio autē diuine essentie replet animam oibus bonis. cū p̄iungat fonti toti bonitatis. Vñ dicit i ps. Satiabor cū apparuerit gl̄ia tua. Et sap. viij. dicit. Venerunt mihi aut oia bona parit cū illa. s. cū p̄tēplatione sapiētie. Sitr etiam nō habet aliqd incōmodū annexū. qz de ipsa p̄tēplatione sapiētie dicit Sap. viij. Nō habet amaritudinem p̄uersatio eius. nec tediū quicq̄ illi. Sic ergo p̄t qz p̄pria volūtate beatū nō p̄t beatitudinē deserere. sitr etiā nō p̄t eā p̄dere deo subtrahente. qz cū subtractio beatitudinis sit quedā pena. nō p̄t talis subtractio a deo iusto iudice puenire nisi p̄ aliqua culpa. in quā cadere nō p̄t q̄ dei essentiā videt. cū ad hāc visionē de necessitate sequat̄ rectitudo volūtas. Etia nec aliqd aliud agens p̄t eam subtrahere. qz mēs deo p̄incta sup oia alia eleuat et sic

ab h̄mōi p̄iunctione nullū aliud agens potest ipsam excludere ergo gaudiū qd ex visione diuine essentie surgit. nō est auferibile a beatis. ¶ Ad rōnes in oppositū. Ad primā r̄ndet negādo p̄nam. Et ratio est. qz beatitudo est p̄fectio p̄summata que oēm defectū excludit a beato. et ideo absqz mutabilitate aduenit habenti. faciente hoc virtute diuina que homines subleuat in participationē eternitatis trāscendentis omnē mutationē. ¶ Ad scdam r̄ndetur negādo p̄nam. Et ratio est. qz volūtas ad opposita se hebet in his que ad fines ordinātur. sed ad vltimū finem naturali necessitate ordinat. qd p̄t ex hoc qz homo nō potest nō velle esse beatus. ¶ Ad tertiam r̄ndet negādo p̄nam. et ratio est. qz q̄ beatitudo habeat p̄ncipiū ex p̄ditione participatis est. sed qz caret fine est p̄pter p̄ditionez boni. cuius participatio facit beatum. vnde ab alio. initiū beatitudinis et ab alio est qz careat fine.



¶ In domi-
nica tertia est euāgelium. In illo tēpore. dixit Iesus discipulis suis. Vado ad euz et. Job. xvj. Circa qd pos sunt hec disputari. ¶ P̄tia. vtrū expediebat discipulis vt christū

Dñica tertia post ocf. pasche.

subtraheret presentia corporalem ab eis. ¶ Secda. vtrum spiritus sanctus erit arguturus mundum de peccato et de iusticia et de iudicio. ¶ Tertia. vtrum plenitudo spiritus sancti debuit dari ante ascensionem.



¶ Prima questione sic proceditur. Et videtur quod non expediebat discipulis ut christus subtraheret presentiam corporalem ab eis. ¶ Primo sic. quia presentia corporalis salutaris erat et aduentui spiritus sancti non erat contraria. nec impeditiva consolationis spiritus sancti. ergo non expediebat a discipulis christi subtrahere. ¶ Secdo sic. eque potuit christus dare spiritum sanctum viuentibus in carne. sicut post ascensionem et subtractionem presentie sue. ergo videtur quod non expediebat subtrahere. ¶ Tertio. presentia corporalis christi. siue eius familiaritas ad diuinitatis fidei semper profuit. et ita a caritate eius et dulcedine non impediabat. ergo videtur quod nullo modo expediebat discipulis subtractio presentie eius. ¶ In oppositum est euangelium presens. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusionem. Expediebat discipulis ut christus subtraheret eis presentiam corporalem.

patet conclusio. Tum primo. quia corporalis delectatio discipulorum in christo secundum carnem impediabat eleuationem mentis eorum in desiderium diuinitatis. Unde beda in omelia huius euangelij ait. Expediebat vobis formam serui vestris subtrahere aspectibus. quatenus amor diuinitatis aptius vestris infigat mentibus. Tum secdo. quia plenitudo spiritus sancti non erat danda nisi post ascensionem christi. unde ait. Expediebat vobis ut ego vadam. si enim non abiero. paracletus. id est spiritus sanctus non veniet ad vos scilicet in tanta plenitudine. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando premissam. et ratio est iuxta albertum. quia presentia corporalis christi licet salutaris esset. et non contraria aduentui spiritus sancti. nec impeditiva consolationis spiritus sancti. est tamen alia et minor. et circa aliud. quia illa hominem tenet. et ideo animus quodammodo circa talia occupatur non potest surgere ad altiora. quia animus intentione deuotionis circa duo simul non est. cum sit indiuisibilis. scilicet circa amicitiam. que est amicitia presentie carnalis et circa eam que est circa altitudinem diuinitatis. quia vna est humana et alia diuina. ¶ Ad secundam respondetur negando premissam. Et ratio est. quia christus potuit dare spiritum sanctum viuentibus in carne hic. Unde spiritus sanctus descendit super eum baptizatum in specie colube. et nunquam recessit ab eo que ab instanti conceptionis receptio non

ad mensuram. sed noluit eū dare discipulis. cū eis existens. Et hoc multiplici rōne s̄m sanctus t̄ho. sup iob. Primo p̄pter eorū indispōitiōē. nā sp̄i sancto cū sit amor: sp̄ialis cōtrariat̄ amor carnalis. discipuli aut̄ quodam modo carnali amore afficiebantur ad christi humanitatem. ne dum eleuari erant sp̄iali amore ad eius diuinitatem: ideo nondū capaces erant spiritus sancti. Secūdo p̄pter diuini auxiliij cōditionem q̄d maxime adest suis cuius sunt in necessitatibus. q̄d iū aut̄ x̄ps cum discipulis erat. sufficiens adiutorium erat eis. sed eo recedente. q̄ multis tribulationibus exponerentur. ideo statim datus est eis alius consolator: 7 adiutor. vii signanter dicit Alium paraclitum dabit vobis. Tertio p̄pter dignitatis christi considerationē. Nam vt augustinus dicit in libro de trinitate. Christus inq̄tum homo non habet q̄ det spiritum sanctum sed inq̄tum deus. q̄n̄ autem cū apostolis erat videbatur esse quasi vnus homo. et eis. ne ergo videretur q̄ homo esset qui daret spiritum sanctum. ideo ante ascensionem non dedit spiritum sanctum Job. vii. Nondum spiritus erat datus. q̄ nondū iesus erat glorificatus. Quarto propter vnitatem ecclesie conseruandā. Nā vt iob. iij. dz. iohannes nullū signum fecit. q̄d ideo fuit. ne populus diuideretur a x̄po. vt cui

dentior appareret eminentia eius ad iohannem. discipuli autē x̄pi ita a christo replendi erant gratia spiritus sancti vt etiam maiora opa facerent q̄ x̄ps fecit. iob. xij. Et maiora horum facient. 7 ideo si ante passionē fuisset eis datus spiritus sanctus potuisset verti in dubium apud populum quis esset christus. et sic fuisset in ea diuisio ps. Ascendens x̄ps in altus. sequitur dedit dona hominibus. Ad vltimam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia vt dicit albertus magnus. Verum est q̄ quādo christus suam corporalem presentiam exhibuit. statim ad caritatem sue diuinitatis verbis erexit. 7 ideo corporalem suam societatem exhibuit vt esset sicut via. vt dicit Grego. Diuinas aut̄ pmisit sicut vie terminū. 7 ideo permanens in eo q̄d est via impeditur a termino. 7 hoc quo deberet vti. fruitur sicut fine. et ideo est peruersus. et hoc est quod dicit sancti q̄ corporalis delectatio in x̄po s̄m carnem impediuit consolationem spiritus sancti. et hec est veritas huius conclusionis. Hec albertus magnus.



Q secūda questionē sic procedit. Et videtur q̄ nō conuenienter dicatur q̄ spiritus sanctus

Dominica tertia post octavas pasche.

arguet mundum de peccatis &c.
¶ Primo q̄ sp̄s sanctus nō erat
incarnād⁹ & visibiliter p̄dicāsyt
mūdum argueret. ¶ Secdo. x̄ps
sufficiēter arguit mūdū de pec-
cato. Unde ioh. viij. arguens iu-
deos dicebat. Vos ex patre dia-
boli estis. & matt̄. xxi. multa cō-
tra scribas & phariseos arguen-
do dixit. non ergo videbatur ad-
uētus sp̄s sancti necessarius ad
hoc. ¶ In oppositum est euange-
lium presens. ¶ Ad rationes in
oppositū. Ad primam dicendū.
q̄ sp̄s sanctus sup̄ discipulos
uēturus arguturus dicebat mū-
dum de peccato &c. non est intel-
ligendū q̄ esset sicut dei fili⁹ car-
nem assumpturus & in ea visibi-
liter p̄dicaturus mundo. & eū
redarguturus. s; qz inuisibiliter
penetrās corda discipuloꝝ. dis-
funderet in eis tantā caritatem
quī timore depulso arguendi ha-
berēt potestatem. (yt habet. iij.
parte. q. lit. ar. j. ad. iij.) Quādiu
enim discipuli carnaliter ad x̄ps
afficiebant sp̄s sanctus nō erat in
eis modo quo postea fuit. & ideo
nō erāt ita audaces sicut post ei⁹
aduētū fuerūt. ps. Spiritu oris
eius omnis virtus eorū. scz apo-
stolorum. ¶ Et sic p̄tz solutio ad
primā arguendo. ergo p̄demnā-
do arguet mundum. i. mundiali-
ter viuētes. de tribus. scz de pec-
cato. scz infidelitatis in christū.
Uñ ait de peccato. qz non credi-
derunt in me. non dicit mihi vel
me. qz etiam demones credunt
christum esse. et contremiscunt.
Jacobi. ij. S; dicit in me. per fi-
des charitatē formatā. sine qua
fide mediatoris non dimittitur
aliqd peccatum. Secdo de inuisi-
bia scz christi quā nō acceperūt
nec imitati sunt homines inūdi-
ni. cuius iusticie declarationem
subdit dicens. qz vado ad patrem
per hoc enim q̄ christus ad pa-
trem rediens resurrexit. & ad ce-
lum ascendit. declarata est inuisi-
bia eius. s; q̄ arguit pet̄ act̄.
ij. Jesum nazarenum virum ap-
probatum a deo et sequitur. h̄ps
iesum resuscitauit deus. cuius
nos omnes testes sumus. Iusti-
cia ergo dei exaltatus est &c. Et
huius iusticie christi declaratio
erat persecutorum eius man-
ifesta argutio vel cōdemnatio. Et
tū arguendus erat mundus in
iudicio. quia princeps scz diab-
lus qui est princeps mūdi. id est
mundanorum. non creatione
imitatione Job. xli. Ipse est rex
sup omnes filios superbie. Et
princeps iā iudicatus est. id est
condemnatus diuina sententia
tanq̄ obstinatus. Et per con-
ueniens omnes ei adherentes et
dem iudicio ostenduntur con-
uincibiles. ¶ Ad secundam ratio-
nem respondetur. q̄ non ideo
mūdum de peccato &c. Quia
christus non arguebat. sed christus
visibiliter. Spiritus autem
sanctus inuisibiliter. sicut dicitur
est.



D tertiam
questionez sic
proceditur Et
videtur q̄ ple
nitudo spūſſā
cti debuit da
ri ante aſcēſio

nez. ¶ Primo sic plenitudo gratie debuit dari in t̄p̄is plenitudi ne. sed plenitudo tēporis incepit a xp̄i natiuitate. s̄m q̄ dicit ad galath. iij. ergo ꝛc. ¶ Sec̄do etiā arguitur q̄ plenitudo gratie nō sit adhuc data sic. Sicut fili⁹ est a patre. ita spūſſanct⁹ est ab vtro q̄. Status autem veteris testa mēti cor̄respondet patri in quo intendebāt patres generatiōi. si militer status noue legis cor̄spondet filio in quo filio clerici intendentes sapiētie filio approp̄iate habent populū regere. ergo vt videtur q̄ futur⁹ sit ali⁹ status spiritui sancto cor̄respondens. in tempore autem spiritui sancto cor̄respondenti d̄z plenitudo gratie dari. ergo ꝛc. ¶ In oppositū arguitur ex euangelio p̄ſenti. vbi ait saluator. Si non abiero paraclitus non veniet ad vos. ¶ R̄ideo dicēdum q̄ circa hanc questionē errauerūt manichei occasione verborū xp̄i. s̄m q̄ dicit Aug. libro. ij. contra faustū. Christus enīz in hoc capitulo loquens de aduentu spūſſancti. dixit apostolis. Cum autem uenerit ille spiritus ueritatis docebit uos omnem ueritatem. apo

stoli autem omnem ueritatē nō cognouerunt. s̄m q̄ dicit aposto lus. j. ad corinth. xij. Ex pte cognoſcimus ⁊ ex parte propheta mus. Ideo dixerunt aliqui q̄ p̄missio spūſſancti non fuit imple ta in apostolis. sed in ipso mani cheo q̄ fuit posterior ipsis et s̄m eos cognouit plenitudinē uerita tis p̄pter quod manichei nō re cipiunt libzū Actū apostolorū. q̄z ibi expresse ponitur missio ple nitudinis spūſſancti super apo stolos. vt p̄z Act. ij. s̄z dictū isto ruz manicheoz manifeste p̄z fal sum. q̄z manicheus quez dicunt omnē ueritatem cognouisse non solummodo multa falsa. s̄z etiā absurdissima dixit. vt p̄z inuēti eius errozes. Et nos in libello quem contra manicheos scripsi mus. ponendo quinquaginta ue ritates contra quinquaginta er rozes eozum. manifeste ostendi mus. Propter quod dicendum est q̄ plenitudo spūſſancti s̄m q̄ christus promiserat fuit comple ta in apostolis qui fuerunt ipsi christo propinquissimi. i quo ha bitat omnis plenitudo diuinita tis uerunt̄ nō fuit data ista ple nitudo apostolis ante aſcēſionē xp̄i. Cui⁹ rō triplex est. q̄z ad hoc dat̄ gratia spūſſancti hoib⁹. vt corda eoz trahant sursum p̄ ap petitū celestiu. appetit⁹ aut hois nō tēdit efficaciter ad aliqd nisi illud apprehēdat̄ possibile. ⁊ iō possibilitas perueniendi ad cele stia debuit prius hominū decla

Dominica tertia post octavas pasche

rari q̄ daret plenitudo sp̄san-
cti. Ita aut̄ possibilitas fuit de-
clarata in christi ascensione. s̄ q̄
d̄: Dichee. ij. Ascendit aī eos
pandens iter. Et ideo plenitudo
sp̄sancti non debuit dari ante
ascensionem xp̄i. p̄pter q̄d dicit
Job. vij. Nōdūz erat spiritus san-
ctus datus qz nōdūm fuerat ie-
sus glorificat̄. Sc̄da ratio est
ad hoc. qz sp̄sanct̄ est amor spi-
ritualis. ⁊ ideo apostoli prī de-
buerunt disponi per aliquē spi-
ritualem amorem ad christū an-
te q̄ reciperēt plenitudinem spi-
ritus sancti. talis aut̄ dispositio fa-
cta est subtracto amore carnali
ad christum qui causabat a pres-
sentia corporali ipsius christi cū
apostolis. q̄ quidē presentia sub-
tracta est in eius ascensione. er-
go ⁊c. Tertia ratio ad hoc. quia
christus non dat spiritū sanctū
in q̄tum homo. sed in q̄tum deus
⁊ ideo prī debuit declarari ei
diuinitas per ascensionem ad pa-
tris equalitatē q̄ daret sp̄san-
cti plenitudinem. ¶ Item non de-
buit retardari talis plenitudo p̄
magnum tempus. qz sicut iā di-
ctum est. decens erat vt illi qui
erant primi fundatores ecclesie
post christum in maiori plenu-
dine haberent spiritum sanctum
quibus statim imminēbat tem-
pus predicandī veritatem euan-
gelij per orbē vniuersum. tamen
de plenitudine potestatis diuine
potest dari plenitudo sp̄sancti
indifferēter in quolibet tēpore.

¶ Ad rationes in oppositis. Ad
primā dicēdū q̄ plenitudo gra-
tie incepit a xp̄i cōceptiōe. qz
anima ex tūc plenitudine gratie
fuit repleta. verūtm̄ illa plenu-
do non erat tūc ad alios deriuā-
da. sed post ascensionem ⁊ glori-
ficationē xp̄i. vt p̄ p̄dicta. Nō
enim oportet q̄ a principio plu-
nitudinis t̄pis detur oīs plenu-
do gratie. s̄ s̄m ordinatum. p̄
sum dispositionis diuine. ¶ Ad
sc̄dam dicendū q̄ lex noua su-
cessit veteri sicut perfectum in
perfecto. s̄ non est alius status
expectandus perfectior status
ue legis. cū noua lex vltimā p̄-
ctiōne possibilem in via p̄mō-
⁊ ideo nō est expectāda alia lex
vel alius status magis correpti-
dens spiritui sancto q̄ status
ue legis. potissime. qz lex noua
est amoris. amor aut̄ appropi-
atur sp̄i sancto sicut etiā filio p̄-
pter q̄d dicit ap̄ls Ro. viij. Lex
sp̄s vite in xp̄o iesu ⁊c. Eodem
modo lex vet̄ non solū correpti-
det patri. sed etiā filio in q̄-
fuit ibidem p̄nunciatus ⁊ p̄-
figuratus p̄pter q̄d dicit salu-
tor Job. v. Si crederitis mox
crederitis forsitan mibi. de
eniz ille scripsit. ¶ Illud aut̄
adducebāt manichei. p̄ se. Eni-
nerit ille sp̄s veritatis docē-
vos omnē veritatē. R̄ fides q̄
gnouerunt omnē veritatē cor-
statum decentem. Qd̄ autē dicit
apostolus. s̄. ad Corinth. xij. Ex
parte cognoscimus ⁊c. Dicimus

loquitur de cognitione vie re
spectu cognitionis patrie et ideo
non valet argumentum manicheo
rum. quia apostoli cognouerunt
ea que decuit eos scire pro sta
tu vie. vt dictum est.



S Dominica quarta est
en angelium in
illo tempore
dixit iesus di
scipulis suis
Amen amen

dicovobis et. iohannis. xv. Cir
ca quod possunt disputari sequē
tes questiones. **¶** Prima utrum
omnis qui petit a patre celesti.
in nomine christi accipit quod pe
tit. **¶** Secunda utrum sit verum
quod apostoli ante resurrectionem
christi nihil petierunt in nomine
christi. **¶** Tertia utrum gaudium
spirituale possit in hac vita im
pleri.



Prima
questionē sic
pceditur. Et
videtur quod nō
omnis qui pe
tit a patre ce
lesti accipiat

quod petit. **¶** Primo sic. Ipse
met christus a patre suo petijt
amoueri calices et tamen nō fuit
exauditus ergo et. **¶** Secundo.
Paulus vas electionis petijt a
deo patre stimulum carnis sibi
amoueri et non accepit quod pe
tijt ergo et. **¶** Tertio sic. idē ar

guitur de multis alijs qui multa
petunt a patre celesti in nomine
christi. et tñ non accipiunt quod pe
tunt. ergo et. **¶** In oppositum est
in euangelio p̄sentivertum xpi.
¶ **¶** R̄ideo dicendū. quod oīs quod petit
a patre celesti in nomine xpi acci
piet quod petit dñi tñ interueniant
quos ditiōes quod continent in ver
bis propositis. Prima conditio
est. quod petat spirituale. quod no
tatur cum dicitur. si quid. i. ali
quid. quia malum nihil est. Itē
temporale comparatum ad sp̄i
rituale nihil est. Unde augusti.
Quicquid aliud quod quod ad vitā
eternā accedit petitur. nihil pe
tetur. non quia res omnino nihil
sit. sed tante rei comparatione
quicquid aliud concupiscitur ni
hil est. **¶** Gal. vj. Qui se existimat
aliquid esse cuz nihil sit. **¶** Sed
nunquid non sanitatez petimus
vt cum infirmi inungunt. Item
prosperitatem temporale. Itē
temporalia vt ibi. Panes nostrū
quotidianum. Respondetur quod
temporale relatum ad spiritua
le iam aliquid est. Unde nota quod
oratio nihil aliud est quod executio
desiderij. Eo ergo modo aliquid
orandum est quo desiderandum
Sed (vt innuitur. ij. q. lxxij.
articulo. vj. aliquid desideratur
dupliciter. scilicet propter se vt
finis sit solum regnum celorum
Matthēi. vj. Querite primum
regnum dei. Et ps. Unaz petij a
dño et. Sic in euāgelio p̄sentī.
Petite vt gaudium vestrū plēnū sit